

Ad Germaniam principem

tur & amorem concipiant pristinae libertatis. Inde est, quod exulent ibi scriptores iurium medii aevi. Ultima Thule ultimo fere reges habuit, ad populi decreta consiliaque adstrictos, a quibus nouissimum seculum illos emancipauit. Solicitior itaque est aliis, ut temporum memoria intercidat cum hominibus, ne quem incessere eorum possit cupido. Zechiadum libertas iure belli est euerfa nouissimi: angue peius itaque ode- runt scripta, quae pristini status commonefaciunt. Eadem fata habuerunt Auares. Ob quam per- duellium institutis accensent libellos, perditae rei- publicae testes. Lechiades fere soli regnum ha- bent vere adductum. Cum tamen studia quo- que regis & ordinum multoties sint diuersa: in illis non minus iuris publici consulti esse solent rariores. Tenent fere easdem rationes vltimi Europae populi Iberi & Lusitani. Quo autem fine ad historiae lumen expallescerent Germani? Illis, veterum elogiis, nullo non tempore & ca- lamus liber fuit & lingua. Eripiunt Germanis hanc laudem, quotquot sentiunt aliter. Quo- rum etiam nomina execrabit posteritas. Ita e- nim notitia Germaniae in primis conatibus op-
prime-